

**www.e-rara.ch**

**De officio principis christiani libri tres**

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo**

**Coloniae, anno 1619 ...**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rs 318

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-36768>

[Judas Makkabäus]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

---



---

# VITA ET VIRTUTES

## IUDAE MACHABAEI.

**P**ost Reges Hebræorum, non alios  
 inuenimus in testamento veteri  
 Principes pietatis nomine insignes;  
 quàm Zorobabelem cum Nehemia; & Iu-  
 dam Machabæum cum fratribus Iona-  
 tha & Simone. Sed Zorobabele, quem mi-  
 rificè laudat Ecclesiasticus cum Nehemia,  
 nihil habemus, præter nomen in libris  
 duobus Esdræ, & in Prophetis Aggeo, &  
 Zacharia: de Nehemia nihil ferè habemus  
 nisi ingens desiderium reædificandæ  
 Hierosolymæ, in toto libro secundo Es-  
 dræ. His igitur prætermiſſis, ad Iudam  
 Machabæum veniamus, quem non solum  
 Scriptura in duobus libris Machabæorū,  
 sed etiam sancti Patres Ambrosius in li-  
 bris de officiis, Augustinus in libris de  
 ciuitate Dei, & Ioannes Chryostomus in  
 explicatione Psalmorum, mirificè laudat.  
 Iudas igitur Machabæus Princeps Iudæ-  
 orum incidit in ea miserima tempora, in  
 quibus Antiochus Epiphanes Rex Syriæ,  
 non solum bonis temporalibus Iudæos  
 spoliabat, sed etiam diuinam Religionem

*Ecccl. 49.**Lib. 1.**c. 41.**Lib. 18.**c. 45.**In Psal.**43.*

illis à maioribus traditam extinguere, & ad idolorum cultum eos omnes traducere conabatur. Cuius rei testimonium reddere possunt egregia martyria Eleazari, & septem puerorum cum matre ipsorum, quæ habentur in posteriore libro Machabæorum; de quorum laude sanctus Gregorius Nazianzenus orationem pulcherrimam habuit ad populum.

Potè Iudæ Machabæus, de cuius rebus gestis præcipuè scribitur in duobus libris, qui dicuntur libri Machabæorum, quia de hoc eminentissimo viro potissimum tractant; filius fuit Matathie sacerdotis optimi, qui primus zelo Dei ardere cepit, cum vidisset in ciuitate sua compelli Iudæos ad veram religionem deserendam. Fuit autem Iudæ Machabæus post patrem Sacerdos, & Princeps populi sui, pius ac religiosus valde in Deum; sicut etiam misericors & benignus in fratres, præcipuè pauperes. De pietate in Deum

2. Mac. 20

2. Mac. 13

testantur illa verba Scripturæ, *Erat enim pro vxoribus & filiis, itemque pro fratribus, & cognatis minor sollicitudo: maximus verò, & primus pro sanctitate timor erat templi.* Et cum essent pugnaturo aduersus hostes, magis in oratione ad Deum, quàm in viribus suis, & armis confidebant. sic enim

1. Mac. 3

*legimus, Et ieiunauerunt in illa die, & induerunt*

1. Mac.

vult se cili  
suo. & in  
contaminat  
in luctu  
conuenier  
quomodo  
rum, nisi  
Consider  
nis, & a  
rociates  
lum, pro  
non secul  
ipsi placet  
duo: an h  
Angelum t  
vescisti d  
Regina q  
lorum n  
in timor  
tui, ut n  
aduersus  
quidem i  
qui cum  
moueban  
innocato  
manu qu  
bis oran  
la quinq  
sic delet  
dixit I

runt se ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti  
 suo. & infra; Sancta tua conculcata sunt, &  
 contaminata sunt, & Sacerdotes tui facti sunt  
 in luctum, & in humilitatem. Et ecce nationes  
 conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant:  
 quomodo poterimus subsistere ante faciem eo-  
 rum, nisi tu Deus adiuues nos? & alio loco,  
 Considerans Machabeus aduentum multitudi- 2. Mac. 15  
 nis, & apparatus varium armatorum, & fe-  
 rocitatem bestiarum extendens manus in cae-  
 lum, prodigia facientem Deum inuocauit, qui  
 non secundum armorum potentiam, sed prout  
 ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem  
 inuocans hoc modo, Tu Domine, qui misisti  
 Angelum tuum sub Ezechia Rege Iuda, & in-  
 terfecisti de exercitu Sennacherib centum &  
 Foginta quinq; millia: & nunc dominator ce-  
 lorum mitte Angelum tuum bonum ante no-  
 in timore, & tremore magnitudinis brachis  
 tui, vt metuant qui cum blasphemia veniunt  
 aduersus sanctum populum tuum: & hi  
 quidem ita perorauit. Nicanor autem, &  
 qui cum eo erant, cum tubis & canticis ad-  
 mouebant. Iudas vero, & qui cum ipso erant,  
 inuocato DEO per orationes congressi sunt:  
 manu quidem pugnantes, sed Dominum cordi-  
 bus orantes, prostrauerunt non minus trigin-  
 ta quinque millia, presentia DEI magni-  
 ficè delectati. Et rursus in alio bello  
 dixit Iudas viris, qui secum erant,

1. Mach. Ne tenueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidatis. Mementote qualiter Julai facti sunt Patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo: & nunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri Deus noster, & memor erit testamenti patrum nostrum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie; & scient omnes gentes quia est qui redimat, & liberet Israel. & infra, Et congressi sunt, & contritæ sunt gentes. Et anno sequenti iterum venit Lysias, & adduxit sexaginta millia peditum, & quinque millia equitum; & eos quoque Judas Machabæus cum parua manu, oratione ad Deum, magis, quàm armis, debellauit. Nec minùs opere, quàm verbis Machabæus pietatem suã in Deum demonstrauit. Nam victoria positus, non cogitauit de domo sua priuata restituenda, sed dixit, *Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta & renouare.* Et quod dixit, fecit; summa enim diligentia, & celeritate purgauit templum ab omni contaminatione, qua polluerant illud idololatræ, & restituit omnia, quæ secundum legem Domini ad cultum Dei viui & veri necessaria erant. Atque hæc pauca de pietate erga Deum.

Pietas, siue charitas fraterna erga proximos, ex eo cognosci potest, quod cum spolia de hostibus Judas Machabæus reportauit,

portauit  
uidebat  
num,  
miserat  
gimus  
uiferun  
runt. &  
quam  
& sen  
ricor  
uente  
præse  
rant.  
fortiss  
nare se  
& sunt  
Et iust  
argent  
tis m  
quit  
cura  
legim  
& si  
tur, n  
confi  
Sacer  
dunt  
mort  
solla  
sette  
simè

portabat; non ea cum solis militibus diuidebat, sed memor erat pauperum, senum, ægrotorum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum. sic enim legimus, *Debilibus & orphanis, & viduis diuiserunt spolia; & residua ipsi cum suis habuerunt. & infra, Et plures prædas diuiserunt, equam portionem debilibus, pupillis, viduis, & senioribus facientes.* Nec solū pii, & misericordes erant Machabæi in pauperes uiuentes; sed etiam in animas defunctorū, præsertim eorum, qui in bello ceciderant. sic enim loquitur Scriptura, *At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntis quæ facti sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt. Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium.* De qua re sic loquitur sanctus Augustinus in libro de cura pro mortuis: *In Machabeorum libro legimus oblatum sacrificium pro mortuis: sed & si nusquam in scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret auctoritas: vbi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.* Itaque Iudas Machabæus non solū uiuentibus, sed etiam mortuis misericordiæ operibus indigentibus plenissimè satisfecit.

2. Mac. 8.

2. Mac.

12.

Cap. 1.

- Quòd autem gratissima fuerint Deo prælia Iudæ Machabæi, Scriptura duobus in locis manifestè declarat. Vnus locus est in secundo libro Machabæorum, vbi hæc verba leguntur, *Sed cùm vehemens pugna esset, appruerunt aduersarijs de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ductatum Iudæis præstantes, ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumem conseruabant: in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebant. Ex quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione cadebant.* Alter locus est in eodem libro, paulò infra, vbi eiusmodi visio describitur: *Erat autem huiuscemodi visus, Oniam, qui fuerat Summus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum. Post hæc apparuisse alium virum ætate, & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum. Respondentem verò Oniam dixisse, Hic est fratrum amator, & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta Dei. Extendisse autem Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum dicentem, Accipe sanctum gladium munus à Deo in quo dericies aduersarios populi mei Israh.*

Istæ certè visiones admirabiles mani-  
 festè demonstrant, Iudam Machabæum  
 gratissimum fuisse Deo; & non sua virtu-  
 te, sed Dei omnipotentis peculiari auxi-  
 lio victorias tam multas, & tam præcla-  
 ras de suis hostibus reportasse. Pugnavit  
 enim cum parva manu militum, primò  
 cum quatuor Ducibus Antiochi Epipha-  
 nis Regis Syriæ, & cum quatuor eorum  
 magnis exercitibus, & de omnibus vi-  
 ctoriâ reportavit. Primus Dux Antio-  
 chi fuit Apollonius, de quo sic loquitur  
 Scriptura divina. *Et congregavit Apollonius*  
*gentes, & à Samaria virtutem multam &*  
*magnam ad bellandum contra Israel. Et cogno-*  
*vit Iudas, & exiit obviam illi, & percussit, &*  
*occidit illum, & ceciderunt vulnerati multi,*  
*& reliqui fugerunt: & accepit spolia eorum,*  
*& gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat*  
*pugnans in eo omnibus diebus. Alter Dux An-*  
*tiochi Seror fuit, de quo sic legimus in*  
*codem loco, Et audiuit Seror Princeps exer-*  
*citus Syriæ, quòd congregavit Iudas congrega-*  
*tionem fidelium, & Ecclesiæ secum, & ait, Fa-*  
*ciam mihi nomen, & glorificabor in Regno, &*  
*debellabo Iudam, & eos, qui cum ipso sunt,*  
*qui spernebant verbum Regis. Et prepara-*  
*vit se, & ascenderunt cum eo castra im-*  
*piorum, fortes auxiliarij, ut facerent vin-*  
*dictam in filijs Israel. Et exiit Iudas*  
*obviam*

1. Mac. 3.

Ibid.

obuiam illis cum paucis, & dixerunt ei, *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem? & nos fatigati sumus ieiunio hodie.* Et ait Iudas, *Facile est concludi multitudinem in manu paucorum; & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, vel in paucis; quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Ut cessauit autem loqui, insiluit in eos subito, & contritus est Seror, & exercitus eius in conspectu ipsius.* Tertius Dux fuit Nicanor cum Ptolomæo, & Gorgia, qui cum quadraginta millibus peditum, & septem millibus equitum, venerant ex mandato Regis Antiochi, ut delerent omnem gentem Iudæorum. Sed contra accidit. Nam Iudas ait suis, *Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidatis. Et exierunt de castris in prælium, & tuba cecinerunt hi, qui erant cum Iuda, & congressi sunt, & contrite sunt gentes, & fugerunt in campum; nouissimi autem omnes ceciderunt in gladio. Et Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas: & conuersi hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* Quartus Dux fuit Lysias, qui anno sequente venit cum sexaginta milli-

1. Mach.

4. &amp; 8.

1. Mach. 4.

millib  
millib  
cum de  
miseru  
ciru L  
reliqu  
Antio  
cum fi  
quatu  
percul  
monit  
& hab  
copio  
præli  
ctu ei  
prælia  
uadens  
ter lud  
ta qu  
Pot  
eto,  
venit  
simo c  
& equ  
falcate  
tam in  
oration  
deinde  
roulita  
sic eain

millibus peditum electorum, & quinque  
millibus equitum. Et occurrit illis Iudas  
cum decem millibus militum, & com-  
miserunt prælium, & ceciderunt de exer-  
citu Lysæ quinque millia virorum; &  
reliqui fugerunt, & Lysias inglorius abiit  
Antiochiam. Deinde pugnavit Iudas  
cum finitimis gentibus, ac præcipuè cum  
quatuor: primum cum Idumæis, quos *1. Mac. 5.*  
percussit plaga magna. Deinde cum Am- *Ibid.*  
monitis, quorum Dux erat Timotheus,  
& habebat manum fortem, & populum  
copiosum: & commisit Iudas cum eis  
prælia multa, & contriti sunt in conspe- *Ibid.*  
ctu eius. Tertiò cum Galaaditis multa  
prælia Iudas commisit, ubique victor e- *Ibid.*  
uadens. Quartò cum Galilæis Simon fra-  
ter Iudæ, & ex ipsius Iudæ mandato mul-  
ta quoque prælia felicissimè fecit.

Post hæc Antiocho Epiphane defun- *1. Mac. 6.*  
cto, Antiochus Eupator eius successor,  
venit in Iudæam cum exercitu copiosis- *2. Mac. 13*  
simo cætum & decem millium peditum,  
& equitum quinque millium, & curruum  
falcatorum trecentorum. Vicit autem  
tam ingentem exercitum Iudas primùm  
oratione, & ieiunio triduo armatus;  
deinde, gladio cum suis paucis aduersus  
multitudinem hostium fortiter pugnās:  
sic enim & plurimos occidit, & reliquos

in fugam egit; & tandem ad pacem, & amicitiam Regem compulit.

Denique, cum Demetrio Antiochi Eupatoris successore postrema duo bella Iudas fecit. Sed tamen non ipse per se Rex ad bellum venit, sed misit duces suos, Alcimum, & Bacchidem, qui tamen nihil profecerunt. Deinde misit Nicanorem cum exercitu magno: sed Iudas, cum solis tribus millibus militum, exercitum illum contriuit; & primus omnium perijt Nicanor, qui superbè nimis, & arroganter locutus fuerat dicens, *Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas; continuo cum reuersus fuero in pacem, succendam domum istam, templum videlicet Dei.*

Postremò, addidit Demetrius, audita morte Nicanoris, mittere in Iudæam Bacchidem, & Alcimum, cum ingenti exercitu; in quo ultimo prælio, cum per totam diem pugnatum esset ab octingentis militibus Iudæ aduersus viginti milia peditum, & duo millia equitum; is fuit exitus prælij, ut Dux Regis Demetrii amiserit exercitum copiosum; & exercitus Domini amiserit Ducem fortissimè Iudam. Hinc scriptura sancta encomium illud de Iudæ contexit: *Et dilatatum, Iudas, gloriæ in populo suo, & induit se loriceam, sicut Gigas, & succinxit se arma bellica sua in præ-*

liis.

liis, & p  
sus est  
leonis r  
iniquos  
populan  
pulsis su  
nes oper  
recta ef  
Reges n  
suis, &  
tione. I  
didit in  
& nomi  
Sed ve  
quid hui  
te, ad in  
rum, sic  
misit a  
eorum  
liber e  
corum  
postea  
qui po  
obtinu  
mano  
rit, &  
nò deb  
signis a  
agnou  
coaccep

liis, & protegebat castra gladio suo Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis ruginens in venatione. Et persecutus est iniquos perscrutans eos, & qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis: & repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directæ est salus in manu eius. Et exacerbabat Reges multos, & latificabat Iacob in operibus suis, & in seculum memoria eius in benedictione. Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel, & nominatus est vsque ad nouissimum terræ.

Sed vnum est, in quo videtur Iudas aliquid humani passus, Deo hoc permittente, ad instructionem Principum cæterorum; siquidem audita gloria Romanorū, misit ad eos Legatos, ac petijt amicitiam eorum, vt amicitia illa fretus, deinceps liber esset ab infestationibus Regū Græcorum. Atq; exemplum Iudæ secuti sunt postea fratres eius Ionathas, & Simon, qui post illum principatum Iudæorum obtinuerunt; vterq; enim amicitiam Romanorū honorifica legatione missa petijt, & obtinuit: sed vt ostēderet Dominus nō debuisse Iudā, qui tot & tā manifestis signis auxiliū Dei præsentissimū semper agnouerat, aliquid de spe illa sua in Deū concepta remittere, neque vllam eius partem

1. Mac. 8.

partem in Romanos idololatrias deriuare; permisit, vt primo quoque tempore post amicitiam cum Romanis contractam in prælio Iudas ipse occideretur.

1. *Mac.* 9.  
2. *Mach.*  
10.

Iam enim non aderant duo illi cælestes milites, qui medium tenentes Iudam ab omni ictu lanceæ, vel gladij protegébant; & quod Iudæ contigit, idem & fratribus accidit: vterque enim post initam societatem cum Romanis interfectus fuit.

Neque hæc dico, quòd existimem Iudam Machabæum ob amicitiam cū Romanis initam à gratia Dei Omnipotentis excidisse: absit enim à me iudicium tam temerariū. Nam si Rex Iosaphat, qui cum Achabo Rege impio, & idololatra affinitatem contraxerat, & fœdus in bello inierat; audiuit à Nuntio Dei. *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Deum amicitia iungeris; & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuēta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos de terra Iudæ, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.* Quantò magis de Iudæ Machabæo credendū est, cum ob amicitiam cum Romanis initam non excidisse à gratia Dei; cum & Romani minùs impij fuerint, quàm Achab; & Machabæus opera bona plurima, & fortasse gratiora Deo fecerit, quam Iosaphat.